



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

I. Inquiritur an præter Regem aliqui Galliarum dynastiæ jure Regaliæ fruerentur in regno. Magni momenti est hæc quæstio ad ostendendum falsam esse eorum opinionem qui jus illud ad solum Regem ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

vestituram Regalium episcopatus Sedunensis. Sed eius ablatum est id jus ab Henrico sexto Imperatore.

V. Cum investitura, mutato nomine, Regalia dici capissent, Duces & Comites Regalia quoque retinuerint. Probatur ex Articulis Clementi Papae quinto oblatis.

VI. In pactionibus initis inter sanctum Ludovicum Regem & Petrum Ducem Britannie jus Regalia huic Duci conservatum est in episcopatibus illius provinciae.

VII. Comes Campania jure Regalia fruebatur in Ecclesia Trecenti. Et Vicecomes Lomboricensis in episcopatu Lemovicensi.

ADDITION.] Comes Andegavensis idem jus usurpabat in Ecclesia Lexoviensi; & in monasterio facti: Albini Andegavensis investiturarum pleno iure olim uebatur. Reges nostri abbatis olim conce-debant viris a se delectis, inexpellata etiam monachorum electione. Probatur ex Praecerto Roduni Regis pro monasterio Tuteensi in Lemovicibus.

I. INVESTIGANDUM est deinceps ac præter Regem aliqui Galliarum dynastæ jure Regalia fruerentur in regno. Ple-na est hæc quæstio curiosæ eruditio-nis; ac præterea magni momenti est ad ostenden-dum falsam esse quorundam persuasionem, qui existimant eam esse Regalia dignitatem ut neque transferri in alium possit neque cum quoquam communicari. Sed ut rem ipsam melius intelligamus, reperenda est cau-sa investiturarum, unde quoque Regalia originem esse scripsimus. Etenim si Duces & Comites, postquam eorum dignitates factæ sunt hereditariae, investituras Regalium episcopatum & monasteriorum da-bant, probable videtur eos hunc investitu-rum usum retinuisse cum additione quæ facta fuerat ususfructus Regalium.

II. Nam quoad investituras, patet ex sy-nodo Romana à Gregorio septimo celebra-ta anno millesimo octuagesimo solitos quo-que Duces & Comites eas concedere eodem jure quo Principes. Si quis Imperatorum, in-quit nodus, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, investitaram episcopatum vel alicuius ecclesiastice dignitatis dare presumperet &c. Idipsum disertius docet Gregorius septimus lib. iv. epist. xiv. ex qua constat Comites Britonum, synodi Romana decreto obse-quentes, investituras episcopatum abjecisse, tametsi se vetusta possessione tueri possent. Cum enim audivimus, inquit Gregorius, Principes illius terra contra antiquam & pessi-mam consuetudinem pro reverentia Dei omni-potentis & apostolica auctoritatis ulterius in or-dinandis Episcopos nec dominium investiture te-nere nec pecunie commodum querere velle &c.

III. Idem investiturarum usus probatur etiam ex Chartulario sancti Dionysii Nogenti-Rotroci; ex quo patet Comitem Rotrocum Abbatii Huberto deditis baculum

pastoralem, eique curam monasterij comi-sisse: Huberto Comes Rotrocus baculum in manu dedit, & curam monasterij commisit. Apud Gallandum in Tractatu de Franco-Allodio pag. 328.

IV. In Imperio quoque vigebat idem usus. Etenim Comites Sabaudia consueverant dare investituras Regalium episcopatus Sedunensis in Vallesia; ut patet ex epistles quadam Henrici sexti Imp. data anno M C LXXXIX, quæ extat in Chartulario Tul-lensi. Illic enim legitur Comitem Thomam petuisse restitutionem omnium bonorum suo-rum, quæ adversus patrem ejus publicata fuerant decreto Curiae imperialis, per justam Principum Imperij sententiam & Parium suo-rum. Imperatum id quidem. Sed tamen de-negatus ei fuit episcopatus Sedunensis; ad-judicaturumque est Imperio jus tribuendi in-vestituras Regalium ejusdem episcopatus, tametsi ea ad Comites Sabaudia pertinuisse: Sedunensem episcopatum ad manum Imperij retinuimus specialiter; cuius Ecclesiæ Epis-copi, ante tempora illa, de manu Comitum Sa-baudie per aliquod tempus recipiebant Regalia. Sub ergo hac forma episcopatum illum Imperio specialiter retinuimus, ut Ecclesia Sedunensis & ejusdem Ecclesiæ Episcopi ad Coronam Imperij iure perpetuo specialiter pertineant, ac de manu Imperij Regalia recipient. Ad cuius rei certio-rem evidentiam Vvillemum Episcopum, qui tempore illo Sedunensi Ecclesiæ presidebat, de Regalibus investivimus; qui investituras Re-galium Sedunensis episcopatus de manu nostra recepit, cámque omnes ejus successores de manu Imperij sunt recepturi. Ad ampliorem quoque Se-dunensis Ecclesiæ dignitatem & exaltationem, imperiali simul & regali editio statuimus ut nul-lus de cetero Sedunensis Episcopus investitu-ram Regalium non nisi de manu Imperij accipiat. Apud eundem Gallandum pag. 245.

V. Quoniam verò investitura, mutato nomine, Regalia dici dein coepissent, hinc factum ut Duces & Comites, qui investitu-rarum jure fruebantur, Regalia quoque re-tinuerint; pro quibus tamen homagium & juramentum fidelitatis Regi præstabunt, quod ea portio quædam & membrum essent feudorum ab ipsis possessorum. Propositio hæc melius probari non potest quam aucto-ritate articulorum à Gulielmo de Nogareto oblatorum Clementi Papæ quinto, quorum hæc sunt verba in articulo xiv. Item certum, notiorum, & indubitatum existit quod iura regalia aliquarum Ecclesiistarum, quæ habet in Ecclesiis predictis, Dominus Rex prædictus, pro-genitores ipsius Domini Regis, & predecessores ejus in regno, dederunt in fendum aliquibus Ba-ronibus suis tam ecclesiasticis quam secularibus.